

...ntur Apostolis, Patribusque ortho-
...a diuini: Docete omnes gentes, memores,
...om et Euangelium recte interpretantur, potissimum fidei
et salutis fundamentum sciunt, ut fides, qua aeterna salus
unice impetratur, ex illo oriatur, uerisque erga Deum et
hominem amor ex fide progeneretur. Veritatem, si eam
mendacio contaminare conantur falsi Doctores, diuinis ar-
gumentis tuentur, et dissentientibus, non praua contradi-
cendi libidine, nec odio, quod habent in alios, sed hoc iussu
diuino: *Episcopus sit potens ueritatem illorum contradi-
centes arguere*, commoti, contradicunt, ne canes sint muti,
et in odium diuinum, si laeso fidei fundamento fide et salute
periclitantur homines, et in apertam perniciem incurrant.
Itaque non merentur, ut dicantur haeretices, concordiae ini-
mici, homines inquieti et turbatores, uiri, qui opiniones fal-
sas et perniciosas ex animis haereticorum euellere, et inserere bo-
nas, eosque ad Ecclesiam adducere, fidem Christianorum sar-
tam integramque conseruare, pacem Ecclesiae confirmare,
conantur, lupis autem rapacibus oves Christi, quae cum illis
non possunt confirmare concordiam, nunquam commit-
tunt. Vos, CIVES Optimi ac Dillectissimi, amice sine ad-
moneo, ut bonis artibus et doctrina speciatim Christiana
excolatis animos, a ueritate et lege nunquam recedatis, a do-
ctoribus falsis uobis caueatis, et uos graues, constantes et sta-
biles in amore, confessione et defensione Veritatis praeste-
tis, hodie etiam nobiscum ad aram accedatis frequentes, et
Ministris Dei, Veritatis diuinae Assertoribus, offeratis munus,
hocque Pentecostale Festum cum magno animi gaudio
celebretis.

P. P.

FER. I. PENTECOSTES

M D CC XXVI.

VITEMBERGAE

LITERIS SCHROEDERIANIS.

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IACOBVS CAROLVS
SPENER, D.
IUR. F. ET HISTOR. P. P. CV-
RIAE PROVINC. ET CONSISTORII
ECCLES. ASSESSOR

PENTECOSTALE FESTVM
TOTI ACADEMIAE PROSPERRIMVM
PREGATVR.

U. 412

U. 412

*Festus Michaelis
a. 1726
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*